

APPENDIX
PRO
DIÆCESI BRIXIENSI

AD NORMAM
DECRETI S. RITUUM CONGREGATIONIS

DIEI 16 FEBRUARII 1914



BRIXIÆ
EX TYP. ET BIBL. QUIRINIANA
MCMXXXVII

Brixiae, die 5 Aprilis 1937

VISUM: IMPRIMATUR

Can. ERNESTUS PASINI *Prov. Gen.*

KALENDARIUM PERPETUUM DIOECESIS BRIXIENSIS

A SACRA RITUUM CONGREGATIONE REVISUM ET APPROBATUM

die 16 Februarii 1914

Omnia ut in Calendario universalis Ecclesiae, exceptis diebus infra descriptis:

JANUARIUS

- 2 B. Stephanæ de Quinzanis Virg., **Duplex**.
Com. diei Octavæ S. Stephani Protomart.
19 S. Rusticiani Ep. et Conf. (d. a. ex 5 huj.),
Duplex. Com. Ss. Marii et Sociorum Mm.
ac S. Canuti Regis, Mart.
24 B. Paulæ Gambaræ Costa Vid., **Duplex**. Com.
S. Timothei Ep. et Mart. (**Duplex**).

FEBRUARIUS

- 7 S. Pauli III Ep. et Conf., **Duplex**. Com. S.
Romualdi Abb. (**Duplex**).
12 S. Constantii Conf., **Duplex**. Com. Ss. Septem
Fundatorum Ordinis Servorum B. M. V.
Cc. (**Duplex**).
14 B. Christinæ Semenzi Virg., **Duplex**. Com. S.
Valentini Presb. et Mart.
15 Ss. Faustini et Jovitæ Mm., Patron. princ.
Civit. et Dioeceseos, **Duplex** I class. (cum
Octava extra Quadrages).
16 S. Faustini Ep. et Conf., **Duplex**. (Extra Qua-
drag. Com. Octavæ).
17 Extra Quadrag. De Octava, **Semiduplex**.
18 Extra Quadrag. De Octava, **Semiduplex**. Com.
S. Simeonis Ep. et Mart. (In Quadrag. S.
Simeonis Ep. et Mart. **Simplex**).
19 Extra Quadrag. De Octava, **Semiduplex**.
20 Extra Quadrag. De Octava, **Semiduplex**.
21 S. Paterii Ep. et Conf., **Duplex**. (Extra Qua-
drages. Com. Octavæ).
22 Extra Quadrag. Octava Ss. Faustini et Jovi-
tæ Mm. **Duplex** majus Com. Cathedralæ S.
Petri Antioch. (**Duplex** majus) ac S. Pauli
Ap. (In Quadrag. Cathedralæ S. Petri Antio-
chiæ, **Duplex** majus. Com. S. Pauli Ap.).
23 S. Felicis Ep. et Conf., **Duplex**. Com. S. Petri
Damiani Ep. Conf. et Eccl. Doct. (**Duplex**)
ac Vigilæ S. Matthiæ Ap.

MARTIUS

- 3 S. Titiani Ep. et Conf., **Duplex**.
4 S. Pauli I. Ep. et Conf., **Duplex**. Com. S. Ca-
simiri Conf. (**Semiduplex**) ac S. Lucii I
Papæ et Mart.

- 7 S. Gaudiosi Ep. et Conf., **Duplex**. Com. S.
Thomæ de Aquino Conf. et Eccl. Doct.
(**Duplex**).
13 Sacræ Spinæ Coronæ D. N. I. C., **Duplex**
Majus.
16 B. Sebastiani Maggi Conf., **Duplex**.
24 S. Latini Ep. et Conf., **Duplex**.

APRILIS

- 20 **Omnium Ss. Martyrum Brixienium**, **Duplex**
maius.
21 S. Cypriani Ep. et Conf., **Duplex**. Com. S. An-
selmi Ep., Conf. et Eccl. Doct. (**Duplex**).
24 S. Honorii Ep. et Conf., **Duplex**. Com. S. Fi-
delis a Sigmaringa Mart., **Duplex**.
27 S. Theophili Ep. et Conf., **Duplex**.
29 S. Paulini (Pauli II) Ep. et Conf., **Duplex**.
Com. S. Petri Mart. (**Duplex**).

MAJUS

- 7 B. Vincentiæ Gerosa Virg., **Duplex**. Com.
S. Stanislai Ep. et Mart. (**Duplex**).
9 **Translatio Ss. Faustini et Jovitæ Mm.**, **Duplex**
majus. Com. S. Gregorii Nazianzeni Ep.,
Conf. et Eccl. Doct. (**Duplex**).
20 S. Anastasii Ep. et Conf., **Duplex**. Com. S.
Bernardini Senensis Conf. (**Semiduplex**).
24 S. Afræ Mart. **Duplex**.
31 S. Angelæ Mericiæ Virg., **Duplex** maius. Com.
S. Petronillæ Virg.

JUNIUS

4. S. Clatheii Ep. et Mart., **Duplex**. Com. S. Fran-
cisci Caracciolo Conf. **Duplex**.
20 B. Joannis Baptistæ Zola Mart., **Duplex**. Com.
S. Silverii Papæ et Mart.
21 S. Aloisii Gonzagæ Conf., **Duplex** maius.
26 S. Vigilii Ep. et Mart., **Duplex**. Com. Ss. Joan-
nis et Pauli Mm. (**Duplex**) ac Oct.

JULIUS

- 4 **Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis**, **Duplex** I class.
cum Oct. Comuni.
5 S. Antonii Mariæ Zaccaria Conf., **Duplex**. Com.
Oct. Ss. App. ac Oct. Dedicat.
6 **Octava Ss. Petri et Pauli App.**, **Duplex** maius.
Com. Oct. Dedicat.

7. S. Apollonii Ep. et Conf., **Duplex**. Com. Ss. Cyrilli et Methodii Epp. et Conf., **Duplex**, ac Oct. Dedicat.
8. S. Elisabeth Reginae, Viduae, **Semiduplex**. Com. Oct. Dedicat.
9. De Octava Dedicat. (sexta die), **Semiduplex**.
10. Ss. Septem Fratrum Mm. ac Rufinae et Secunda Vv. et Mm. **Semiduplex**. Com. Oct. Dedicat.
11. **Octava Dedicat. Eccl. Cathedral.**, Duplex majus. Com. S. Pii I Papae et Mart.
14. S. Optatiani Ep. et Conf., **Duplex**. Com. S. Bonaventurae Ep., Conf. et Eccl. Doct. (**Duplex**).
18. S. Philastri Ep. et Conf., Duplex majus. Com. S. Camilli de Lellis Conf. (**Duplex**) ac Ss. Symphorosa et Septem Filiorum eius Mm.
27. B. Mariae Magdalena Martinengo Virg., **Duplex**. Com. S. Pantaleonis Mart.
30. B. Bartholomaeae Capitanio Virg., **Duplex**. Com. Ss. Abdon et Sennen Mm.

AUGUSTUS

12. S. Herculani Ep. et Conf., **Duplex**. Com. S. Clarae Virg. (**Duplex**).
15. **Assumptio B. M. V.**, Titul. Eccl. Cathedr., Duplex I classis cum Octava Communi.

SEPTEMBER

3. B. Gualae Ep. et Conf., **Duplex**.
25. S. Anathalonis Ep. et Conf., Duplex majus.
26. S. Vigili Ep. et Conf., **Duplex**. Com. Ss. Cypriani et Justinae Virg., Mm.
28. S. Silvini Ep. et Conf., **Duplex**. Com. S. Wenceslai Ducis, Mart. (**Semiduplex**).

OCTOBER

16. In Ecclesiis consecr., excepta Cathedrali, **Dedicatio propriae Ecclesiae**, Duplex I class. cum Oct. Comm.
17. S. Margaritae Alacoque Virg., **Duplex**. (In Eccles. consecr. com. Oct.)
19. S. Petri de Alcantara Conf., **Duplex**. (In Eccles. consecr. Com. Oct.)
20. S. Joannis Cantii Conf., **Duplex**. (In Eccles. consecr. comm. Oct.)
21. In Ecclesiis consecr. De Octava (sexta die), **Semiduplex**. Com. S. Hilarionis Abb. et Ss. Ursulae ac Sociar. Vv. et Mm. (In Eccl. non consecratis S. Hilarionis Abb., **Simplex**. Com. Ss. Ursulae et Sociarum Vv. et Mm.)
22. In Ecclesiis consecr. De Octava (septima die), **Semiduplex**.
23. In Ecclesiis consecr. **Octava Dedicat. propriae Eccles.**, Duplex majus.
25. S. Gaudentii Ep. et Conf., Duplex majus. Comm. Ss. Chrysanthi et Dariae Mm.

NOVEMBER

4. S. Caroli Ep. et Conf., Duplex majus. Com. Oct. Omnium Sanctorum et Ss. Vitalis et Agricola Mm.
5. S. Dominatoris Ep. et Conf., **Duplex**. Com. Oct. Omnium Sanctorum.

DECEMBER

1. S. Ursicini Ep. et Conf., **Duplex**.
6. S. Obitii Conf., **Duplex**. Com. S. Nicolai Ep. et Conf. (**Duplex**).
9. S. Syri Ep. Conf., **Duplex**. Com. Oct. Concept. Imm. B. M. V.
10. **Translatio almae Domus B. Mariae Virg.** Duplex majus. Com. S. Melchiadis Papae et Mart.
12. S. Deusdedit Ep. et Conf., **Duplex**. Com. Oct.
14. S. Viatoris Ep. et Conf., **Duplex**. Com. Oct.
20. S. Dominici Ep. et Cf. **Duplex**. Com. Vigiliae.

DECRETUM

Præsens Kalendarium, juxta Rubricas et Decreta novissima redactum, Sacra Ritum Congregatio, vigore facultatum sibi specialiter a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa X tributarum, revisione rite peracta, recognovit ac probavit, illudque in universa Diocesi Brixien. adhiberi mandavit; servatis de cetero Rubricis et Decretis, praesertim quoad Festa Dedicat. et Titularis Ecclesiarum nec non Patronorum cujusque loci. Contrariis non obstantibus quibuscumque.

Die 16 Februarii 1914.

† PETRUS LA FONTAINE, Ep. Charystlen., Secretarius.

L. ✠ S.

Philippus Can. Di Fava, **Substitutus**.

Concordat cum originali jam adprobato

Can. ERNESTUS PASINI, Prov. Gen.



PROPRIUM MISSARUM

DIÆCESIS BRIXIENSIS

FESTA DECEMBRIS

Die 1 Decembris

S. Ursicini Ep. Brixien. et Conf.

Duplex

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis I loco. Et, in Adventu, fit Commemoratio Feriæ.

Die 6 Decembris

S. Obitii Conf. Brixien.

Duplex

Missa Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis I loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

Deus, qui humilibus das grátiam, tribue, quæsumus: ut, intercedente beáto Obítio Confessore tuo, Christi demissionem induámus in terris, ut Sanctorum glória donémur in cælis. Per eúmdem Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Nicolai Ep. et Conf., ut in Missali eadem die, deinde Feriæ.

¶ *De S. Nicolao dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Obitii, et 3^a Feriæ, juxta Rubricas.*

Die 9 Decembris

S. Syri Ep. Papien. et Conf.

Duplex

(In Valle Camunia Duplex I classis cum Octava communi)

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis I loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

Deus, qui præsentem diem honorabilem nobis, in beáti Pontificis Syri glorióso tránsitu, præstitisti: concéde propítius; ut cujus protectione lætámur, ejúsdem intercessióne indulgéntiam misericórditer consequámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Octavæ Conceptionis immaculatæ B. Mariæ Virg., deinde Feriæ.

Die 10 Decembris
**In Translatione almæ Domus
 B. Mariæ Virg.
 Duplex majus**

Missa ut pro aliquibus locis. Et fit Commemoratio Feriæ, deinde S. Melchiadis Papæ et Mart., cum Orationibus ex Missa Státuit, de Comuni unius Martyris I loco, sine alia.

Die 12 Decembris
**S. Deusdedit Ep. Brixien.
 et Conf.
 Duplex**

Missa Státuit, de Comuni Confessoris Pontificis I loco. Et fit Commemoratio Octavæ Conceptionis immaculatæ B. Mariæ Virg., deinde Feriæ.

Die 14 Decembris
**S. Viatoris Ep. Brixien. et Conf.
 Duplex**

Missa Státuit, de Comuni Confessoris Pontificis I loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

Deus, qui hodiernæ festivitatis diem, beati Viatoris Confessoris tui atque Pontificis tránsito, gloriósum fecisti: concéde propítius; sic nos tanti Patróni mérita venerári, ut ipsíus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Octavæ Conceptionis immaculatæ B. Mariæ Virg., deinde Feriæ.

(Valle Camunia)
 Die 16 Decembris
**In Octava S. Syri Ep. Papien.
 et Conf.
 Duplex majus**

Missa Státuit, de Comuni Confessoris Pontificis I loco, præter Orationem: sequentem:

Oratio

Deus, qui es tuórum antístitum potentíssimus illustrátor: tribue, quæsumus; ut beati Syri Confessoris tui atque Pontificis magníficis exémpis informáti, sæculi istíus caliginem sine periculo transeámus. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Eusebii Mart., ut in Missali eadem die, deinde Feriæ, ac dicitur **Credo**.

¶ De S. Eusebio dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione diei Octavæ, et reliquis ut supra, juxta Rubricas.

Die 20 Decembris
**S. Dominici Ep. Brixien.
 et Conf.
 Duplex**

Missa Sacerdótes tui, de Comuni Confessoris Pontificis II loco. Et fit Commemoratio Feriæ, deinde Vigiliæ S. Thomæ Ap. et de ea legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas, nisi venerit in Feria Quatuor Temporum.

FESTA JANUARIi

Die 2 Januarii

B. Stephanæ de Quinzanis**Virg. Brixien.****Duplex**

Missa Dillexisti, de Communi Virginum III loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

Deus, qui beátam Stéphanam Virginem tuam, Crucifixi amóre succénsam, ejúsdem passionis consórtem mirábiliter effecísti: præsta, quæsumus; ut, ejus intercessióne et exémplo, immáginí Fílii tui confórmes fieri mereámur: Qui tecum.

Et fit Commemoratio diei Octavæ S. Stephani Protom., ut in Missali eadem die.

Die 19 Januarii

S. Rusticiani Ep. Brixien.**et Conf.****Duplex**

Missa Sacerdótes tui, de Communi Confessoris Pontificis II loco. Et fit Commemoratio Ss. Marii et Sociorum Mm., deinde S. Canuti Regis, Mart., ut in Missali eadem die.

Die 24 Januarii

B. Paulæ Gambaræ Costa Vid.**Brixien.****Duplex**

Missa Cognóvi, de Communi non Virginum II loco, cum Orationibus ut infra:

Oratio

Dómine Jesu, qui beátam Paulam, tuæ Crucis imitatióne, in via sanctitátis perfecísti: ejus méritis et exémplo concéde; ita nos hujus vitæ ærúmnas toleráre, ut in hora éxitus nostri Crucis ampléxu consolémur: Qui vivis.

Et fit Commemoratio S. Timothei Ep. et Mart., ut in Missali eadem die.

Secreta

Múnera, Dómine Jesu, quæ in beátæ Paulæ solemnitate deférimus, propítius súscipe, et ad salútem nostram pervenire concéde: Qui vivis.

Et fit Commemoratio S. Timothei, ut supra.

Postcommunio

Cælestibus refécti sacraméntis, quæsumus, Dómine Jesu, ut beáta Paula intercedénte, nec maculémur víitiis, neque opprimémur advérsis: Qui vivis.

Et fit Commemoratio S. Timothei, ut supra.

¶ De S. Timotheo dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione B. Paulæ, juxta Rubricas.

FESTA FEBRUARII

Die 7 Februarii

**S. Pauli III Ep. Brixien.
et Conf.**

Duplex

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis I. loco. Et fit Commemoratio S. Romualdi Abb., ut in Missali eadem die: et, in Quadragesima, in Missis non conventualibus, Feriæ, de qua legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

¶ De S. Romualdo dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Pauli et 3^a Feriæ in Quadragesima, et Evangelio, ut supra.

Die 12 Februarii

S. Constantii Conf. Brixien.

Duplex

Missa Justus, de Communi Confessoris non Pontificis II loco. Et fit Commemoratio Ss. Septem Fundatorum ut in Missali, eadem die; et, in Quadragesima in Missis non conventualibus, Feriæ, de qua legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

¶ De Ss. Septem Fundatoribus dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Constantii, et 3^a Feriæ, in Quadragesima, et Evangelio ut supra.

Die 14 Februarii

**B. Christinae Semenzi Virg.
Brixien.**

Duplex

Missa Dilexisti, de Communi Virginum III loco, cum Orationibus ut infra:

Oratio

Dómine Jesu Christe, candor lucis æternæ, qui morum innocentiam in Virgine tua Christina a teneris annis mirabiliter custodisti: concède; ut, per ejus vestigia gradientes, in tua dilectione perpétuo maneámus: Qui vivis.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ, in Missis non conventualibus, deinde S. Valentini Presb. et Mart., ut in Missali eadem die.

Secreta

Sacra múnera offeréntes, præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, beátæ Christinae Virginis precibus ac méritis, ad æterna gáudia transíre valeámus. Per Dominum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ, deinde S. Valentini, ut supra.

Postcommunio

Quæsumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis: ut, qui se beátæ Christinae Virgini devóte comméndat, ejus pia intercessióne ad tuam immarcescibilem glóriam perducátur. Per Dóminum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ, deinde S. Valentini, ut supra; et de Feria legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

Die 15 Februarii

Ss. FAUSTINI ET JOVITÆ**MARTYRUM****BRIXIÆ PATRONORUM****Duplex I classis cum Octava communi
(extra Quadragesimam)**

¶ **Hodie prohibentur Missæ privatae de Feria, si venerit in Quadragesima.**

Introitus Eccl. 44, 15 et 14

Sapientiam sanctorum narrent populi, et laudes eorum nuntiet Ecclesia: nomina autem eorum vivent in saeculum saeculi. **Ps. 32, 1** Exultate, justi, in Domino: rectos decet collaudatio. **Ÿ.** Gloria Patri.

Oratio

Sanctorum Martyrum tuorum Faustini et Jovitæ nos, quaesumus, Domine, lætificet festiva sollemnitas; ut, quorum gloriamur triumphis, eorum protegámur auxiliis. Per Dominum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ, in Missis non conventualibus.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos. Hebr. II, 33-39

Fratres: Sancti per fidem vicērunt regna, operāti sunt iustitiam, adēpti sunt repromissiones, obturaverunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, effugerunt aciem

gladii, convaluērunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verterunt exterorum: acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos: alii autem distēti sunt, non suscipientes redemptionem, ut meliorem invenirent resurrectionem: alii vero ludibria et verbera experti, insuper et vincula et carceres: lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladii mortui sunt: circueerunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus: in solitudinibus errantes, in montibus, et speluncis, et in cavernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, inventi sunt in Christo Jesu Domino nostro.

Graduale Ps. 132, 1-2 Ecce quam bonum, et quam jucundum habitare fratres in unum. **Ÿ.** Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron. Allelúja, allelúja. **Ÿ.** Hæc est vera fraternitas, quæ vicit mundi crimina: Christum secuta est, inclyta tenens regna cælestia. Allelúja.

Post Septuagesimam, omissis Allelúja, et Versu sequenti, dicitur

Tractus Ps. 125, 5-6 Quí sémi-
nant in lácrimis, in gáudio metent.
Ÿ. Eúntes ibant, et flebant, mitténtes
sémina sua. Ÿ. Veniéntes autem,
véniunt cum exsultatióne portántes
manípulos suos.

**In Missis votivis, Tempore Pa-
schali, dicitur:**

Allelúja, alleluja. Ÿ. Sancti tui,
Dómine, florébunt sicut lílium, et
sicut odor bálsami erunt ante te.
Allelúja. Ÿ. Hæc est vera fratérnitas,
quæ numquam pótuit violári certa-
mine: qui, effúso sángine, secúti
sunt Dóminum. Allelúja.

 **Sequéntia sancti Evangélii se-
cundum Lucam. Luc. 6, 17-23**

In illo témpore: Descéndens Jesus
de monte, stetit in loco campéstri,
et turba discipulórum ejus, et multi-
tudo copiósá plebis ab omni Judæa,
et Jerúsalem, et marítima, et Tyri,
et Sidónis, qui vénerant, ut audírent
eum, et sanaréntur a languóribus
suis. Et qui vexabántur a spirítibus
immúndis, curabántur. Et omnis
turba quærébat eum tângere: quia
virtus de illo exíbat, et sanábat
omnes. Et ipse elevátis óculis in
discípulos suos, dicébat: Beati páu-
peres, quia vestrum est regnum
Dei: beáti qui nunc esurítis, quia
saturabímur: beáti qui nunc fletis,
quia ridébitis: beati éritis cum vos
óderint hómines, et cum separáve-
rint vos, et exprobráverint, et eje-
cerint nomen vestrum tamquam
malum, propter filium hóminis.
Gaudéte in illa die, et exsultáte;

ecce enim merces vestra multa
est in cælo.

**Credo (nisi cesset Octava adve-
niente Quadragesima).**

Offertorium Ps. 67, 36 Mirábilis
Deus in Sanctis suis: Deus Israël,
ipse dabit virtútem, et fortitúdinem
plebi suæ: benedíctus Deus, allelúja.

Secreta

Fiat tibi, quæsumus, Dómine, hó-
stia sacránda placábilis, pretiósí
celebritáte martyrii: quæ et pec-
cáta nostra puríficet, et tuórum
tibi vota concíliet famulórum. Per
Dóminum.

**Et, in Quadragesima, fit Comme-
moratio Feriæ, ut supra.**

**Præfatio Communis, nisi venerit
in Quadragesima.**

Communio Eccli. 44, 14 Cór-
pora Sanctórum in pace sepúlta
sunt: et nómina eórum vivent in
generatióem et generatióem.

Postcommunio

Quæsumus omnipotens Deus, ut
sanctórum Mártyrum tuórum
Faustíni et Jovitæ cælestibus my-
stériis, celebráta solémnitas, indul-
géntiam nobis tuæ propitiatiónis
acquírat. Per Dóminum.

**Et, in Quadragesima, fit Comme-
moratio Feriæ, ut supra; de qua
legitur Evangelium in fine, Juxta
Rubricas.**

**In Missis votivis, in Oratione et
Postcommunione, loco Solémnitas
dicatur Commemoratio.**

Die 16 Februarii

S. Faustini Ep. Brixien. et Conf.
Duplex

Missa Sacerdotes tui, de Comuni Confessoris Pontificis II. loco.

Extra Quadragesimam fit Commemoratio Octavæ Ss. Faustini et Jovitæ, ac dicitur Credo.

In Quadragesima fit Commemoratio Feriæ, in Missis non conventualibus; et de ea legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

† Die 17 Februarii. De III die infra Octavam (extra Quadrag.) Missa ut in Festo cum 2^a Oratione de sancta Maria Concède, 3^a Ecclesiæ vel pro Papa.

† Die 18 Februarii. De IV die infra Octavam (extra Quadrag.) Missa ut in Festo cum 2^a Oratione S. Simeonis Ep. et Mart. ex Missa Státuit, de Comuni unius Martyris I loco, 3^a Concède.

† Diebus 19 et 20 Februarii. De V et VI die infra Octavam (extra Quadrag.) Missa ut in Festo cum 2^a Oratione de sancta Maria Concède, 3^a Ecclesiæ vel pro Papa.

Die 21 Februarii

S. Paterii Ep. Brixien. et Conf.
Duplex

Missa Státuit, de Comuni Confessoris Pontificis I loco. Et (extra Quadrag.) fit Commemoratio Octavæ Ss. Faustini et Jovitæ, ac dicitur Credo.

In Quadragesima fit Commemoratio Feriæ, in Missis non conventualibus; et de ea legitur Evangelium in fine juxta Rubricas.

Die 22 Februarii

In Octava
Ss. Faustini et Jovitæ Mm.
(extra Quadragesimam)
Duplex majus

Missa ut in Festo. Et fit Commemoratio Cathedralis S. Petri Antiochiæ ac S. Pauli, ut in Missali eadem die.

† De Cathedra S. Petri Antiochiæ dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Pauli, 3^a Octavæ Ss. Martyrum, juxta Rubricas.

Die 23 Februarii

S. Felicis Ep. Brixien. et Conf.
Duplex

Missa Sacerdotes tui, de Comuni Confessoris Pontificis II loco. Et fit Commemoratio S. Petri Damiani Ep., Conf. et Eccl. Doct., deinde Vigilæ S. Matthiæ Ap., ut in Missali eadem die, in Missis non conventualibus, de qua legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas, nisi venerit in Quadragesima.

Si autem venerit in Quadragesima, in Missis non conventualibus, dicitur 3^a Oratio Feriæ, 4^a Vigilæ; et de Feria legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

† De S. Petro Damiano, dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Felicis et reliquis, ut supra, juxta Rubricas.

FESTA MARTII

Die 3 Martii

S. Titiani Ep. Brixien. et Conf.

Duplex

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis I loco. Et, in Quadragesima, in Missis non conventualibus, fit Commemoratio Feriæ; de qua legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

Die 4 Martii

S. Pauli I Ep. Brixien. et Conf.

Duplex

Missa Sacerdótes tui, de Communi Confessoris Pontificis II loco. Et fit Commemoratio S. Casimiri Conf., deinde S. Lucii Papæ et Mart., ut in Missali eadem die. In Quadragesimâ, fit Commemoratio S. Casimiri, deinde Feriæ, in Missis non conventualibus, postea S. Lucii; et de Feria legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

¶ De S. Casimiro dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Pauli et reliquis ut supra.

Die 7 Martii

S. Gaudiosi Ep. Brixien. et Conf.

Duplex

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis I loco. Et fit Commemoratio S. Thomæ Conf. et Eccl. Doct., ut in Missali eadem die, deinde in Quadragesima, in Missis non conventualibus, Feriæ, ac dicitur **Credo**; et de Feria legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

¶ De S. Thoma dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Gaudiosi, et reliquis, ut supra.

Die 13 Martii

Sacræ Spineæ Coronæ**D. N. J. C.**

Duplex majus

Missa ut pro aliquibus locis. Et, in Missis non conventualibus, fit Commemoratio Feriæ, de qua legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

Die 16 Martii

B. Sebastiani Maggi Conf.**Brixien.**

Duplex

Missa Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis I loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

Deus, qui beátum Sebastíanum Confessórem tuum reguláris disciplínæ et evangélicæ perfectiónis singulári stúdio mirábilem effecísti: concéde propítius; ut, ejus imitatione, carne mortificáti, et vivificáti spírítu, æterna præmia consequámur. Per Dóminum.

Et, in Missis non conventualibus, fit Commemoratio Feriæ; de qua legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

Die 24 Martii

S. Latini Ep. Brixien. et Conf.

Duplex

Missa Sacerdótes tui, de Communi Confessoris Pontificis II loco. Et, in Missis non conventualibus, fit Commemoratio Feriæ; de qua legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

FESTA APRILIS
Die 20 Aprilis
Omnium Ss. Martyrum
Brixiensium
Duplex majus

Introitus Ps. 144, 10 - 11

Sancti tui, Dómine, benedícent te: glóriam regni tui dicent, allelúja, allelúja. Ps. *ibid.*, 1 Exaltábo te Deus meus Rex: et benedicam nómini tuo in sæculum et in sæculum sæculi. *ŷ.* Glória Patri.

Oratio

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum Brixíensium solémni memória lætificas: concéde propítius; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémpis. Per Dñum. Léctio Epístolæ beáti Petri Apóstoli. *I Petr. I, 3 - 7*

Benedíctus Deus, et Pater Dómini nostri Jesu Christi, qui secúndum misericórdiam suam magnam regenerávit nos in spem vivam, per resurrectionem Jesu Christi ex mórtuis, in hereditátem incorruptibilem et incontaminátam et immarcescibilem, conservátam in cælis in vobis, qui in virtúte Dei custodímur per fidem in salutem, parátam revelári in témpore novissimo. In quo exultábitis, módicum nunc si opórtet contristari in váriis tentatióibus, ut probátio vestræ fidei multo pretiosior auro, quod per ignem probáitur, inveniátur in laudem et gló-

riam et honórem in revelatióne Jesu Christi Dómini nostri.

Allelúja, allelúja. *ŷ.* Sancti tui, Dómine, florébunt sicut lílium, et sicut odor bálsami erunt ante te. Allelúja. *ŷ.* Ps. 115, 15 Pretiósá in conspéctu Dómini mors Sanctórum ejus. Allelúja.

 Sequéntia sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Joann. 15, 1 - 7

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis vera, et Pater meus agrícola est. Omnem pálmitem in me non feréntem fructum tollet eum, et omnem qui fert fructum purgábit eum, ut fructum plus áfferat. Jam vos mundi estis propter sermónem, quem locúsus sum vobis. Manéte in me, et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a semetípso, nisi mánserit in vite, sic nec vos, nisi in me manséritis. Ego sum vitis, vos pálmites: qui mánet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, mittétur foras sicut palmes et aréscet, et cólligent eum et in ignem mittent, et ardet. Si manséritis in me, et verbá mea in vobis mánserint, quodcúmque voluérítis, petétis, et fiet vobis.

Credo.

Offertorium Ps. 31, 11 Lætámur in Dómino, et exultáte justí: et gloriámur omnes recti corde. Allelúja, allelúja.

Secreta

Oblátis, quæsumus, Dómine, placáre munéribus: et intercedéntibus sanctis Martyribus tui Brixién-sibus, a cunctis nos defénde perículis. Per Dóminum.

Communio Ps. 32, I Gaudéte justi in Dómino, allelúia: rectos decet collaudátio, allelúja.

Postcommunio

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crímine: et, intercedéntibus sanctis Martyribus tui Brixién-sibus, cæléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum.

Die 21 Aprilis

S. Cypriani Ep. Brixien. et Conf.**Duplex**

Missa Sacerdótes tui, de Communi Confessoris Pontificis II loco. Et fit Commemoratio S. Anselmi Ep., Conf. et Eccl. Doct. ut in Missali eadem die, ac dicitur Credo.

† De S. Anselmo dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Cypriani, juxta Rubricas.

Die 24 Aprilis

S. Honorii Ep. Brixien. et Conf.**Duplex**

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis I loco. Et fit Commemoratio S. Fidelis a Sigmaringa Mart., ut in Missali eadem die.

† De S. Fidele dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Honorii, juxta Rubricas.

Die 27 Aprilis

S. Theophili Ep. Brix. et Conf.**Duplex**

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis I loco.

† Ab hac die usque ad 2 Junii inclusive pro Feria 2^a Rogationum, ac pro Vigilia Ascensionis serventur Rubricæ, quæ habentur in Missali ad calcem diei 26 Aprilis.

Die 29 Aprilis

S. Paulini Ep. Brixien. et Conf.**Duplex**

Missa Sacerdótes tui, de Communi Confessoris Pontificis II loco. Et fit Commemoratio S. Petri Mart., ut in Missali eadem die.

† De S. Petro dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Paulini, juxta Rubricas.

FESTA MAJI

Die 7 Maji

B. Vincentiæ Gerosa Virginis Brixien.

Missa Dilexisti de Communi Virginum III loco, cum Orationibus ut infra:

Oratio.

Omnípotens aetérne Deus, qui Beatam Vincentiam Vírginem tuam, exímia in pauperes dilectióne decorásti: concéde propítius; ut eius exémplo instrúcti, et intercessiónibus muníti, caritátis opera exercéntes, misericórdiam tuam cónsequi mereámur. Per Dóminum.

**Et fit Commemoratio S. Stanislai
Ep. et Martyris ut in Missali.**

Secreta

Incruentum Filii tui sacrificium offerentes, te supplices exoramus, omnipotens aeternae Deus, ut, suffragante Beata Vincentia Virgine, splendida virtutum ejus exempla imitando, corda nostra divino caritatis igne perpetuo inflammentur. Per Dominum.

Et fit Commemoratio S. Stanislai.

Postcommunio

Oblata, tibi Domine, in festivitate Beatae Vincentiae Virginis, hostia suavissima, spiritum nobis tuae caritatis infunde, ut eius meritis et exemplo, te in omnibus et super omnia diligentes, ad perfectae caritatis patriam pervenire mereamur. Per Dominum.

Et fit Commemoratio S. Stanislai

Die 9 Maji
In Translatione
Ss. Faustini et Jovitae Mm.
Brixiae Patronorum
Duplex majus

Introitus

Ps. 144, 10 - 11

Sancti tui, Domine, benedicent te: gloriam regni tui dicent, alleluja, alleluja. **Ps. ibid., 1**
Exaltabo te, Deus meus Rex; et benedicam nomini tuo in saeculum, et in saeculum saeculi. **Y.** Gloria Patri.

Oratio

Deus, qui nos annua sanctorum Martyrum tuorum Faustini et Jovitae translatione laetificas: concede propitius; ut quorum gaudemus meritis, accendamus exemplis. Per Dominum.

**Et fit Commemoratio S. Gregorii
Nazianzeni Ep., Conf. et Eccl. Doct.
ex Missa In medio, de Communi
Doctorum.**

Lectio libri Apocalypsis beati Joannis Apostoli. **Apoc. 19, 1-9**

In diebus illis: Post haec ego Johannes audivi quasi vocem turbarum multarum in caelo dicentium: Alleluja: salus, et gloria, et virtus Deo nostro est: quia vera, et justa judicia sunt ejus, qui judicavit de meretrice magna, quae corrupit terram in prostitutione sua, et vindicavit sanguinem servorum suorum de manibus ejus. Et iterum dixerunt: Alleluja. Et fumus ejus ascendit in saecula saeculorum. Et ceciderunt seniores viginti quatuor, et quatuor animalia, et adoraverunt Deum sedentem super thronum, dicentes: Amen: alleluja. Et vox de throno exivit, dicens: Laudem dicite Deo nostro omnes servi ejus, et qui timetis eum pusilli, et magni. Et audivi quasi vocem turbae magnae, et sicut vocem aquarum multarum, et sicut vocem tonitruorum magnorum.

rum, dicentium: Allelúja: quóniam regnávít Dóminus Deus noster omnípotens. Gaudeámus, et exultémus: et demus glóriam ei: quia venérunt núptiæ Agni, et uxor ejus præparávit se. Et datum est illi, ut coopériat se byssino splendénti, et candido. Byssinum enim justificatiónes sunt Sanctórum. Et dixit mihi: Scribe: Beáti, qui ad cœnam nuptiárum Agni vocáti sunt.

Allelúja, allelúja. **Ÿ.** Sancti tui, Dómine, florébunt sicut lílium, et sicut odor bálsami erunt ante te. Allelúja. **Ÿ.** Hæc est vera fratérnitas, quæ numquam pótuit violari certámine: qui, effúso sángine, secúti sunt Dóminum. Allelúja.

 **Sequéntia sancti Evangélii secundum Joánnem.**

Joann. 15, 5-11

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Ego sum vitis, vos pálmities: qui manet in me, et ego in eo, hic fert fructum multum, quia sine me nihil potéstis fácere. Si quis in me non mánserit, mittétur foras sicut palmes et aréscet, et cólligent eum et in ignem mittent, et ardet. Si manséritis in me, et verba mea in vobis mánserint, quodcúmque voluérítis petétis, et fiet vobis. In hoc clarificátus est Pater meus, ut fructum plúrimum afferátis, et efficiámíni mei discípli. Sicut diléxit me Pater, et ego diléxi vos. Manéte in dilectiône mea. Si præcépta mea

servavéritis, manébitis in dilectiône mea, sicút et ego Patris mei præcépta servávi, et máneo in ejus dilectiône. Hæc locútus sum vobis, ut gáudium meum in vobis sit, et gáudium vestrum impleátur.

Credo.

Offertorium Ps. 31, 11 Lætámíni in Dómino, et exultáte justí: et glóriámíni omnes recti corde, allelúja, allelúja.

Secreta

Oblátis, quaésumus, Dómine, placáre munéríbus: et intercedéntibus sanctis Martyribus tuis Faustíno et Jovíta, a cunctis nos defénde periculis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Gregorii Nazianzeni, ut supra.

Communio Ps. 32, 1 Gaudéte justí in Dómino, allelúja: rectos decet collaudátio, allelúja.

Postcommunio

Hæc nos commúnio, Dómine, purget a crimíne; et intercedéntibus sanctis Martyribus tuis Faustíno et Jovíta, cæléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Gregorii Nazianzeni, ut supra.

† **De S. Gregorio dici possunt Missæ privatæ cum 2ª Oratione Ss. Martyrum, juxta Rubricas.**

Die 20 Maji
S. Anastasii Ep. Brixien.
et Conf.

Duplex

Missa Státuit, de Comuni Confessoris Pontificis I loco. Et fit Commemoratio S. Bernardini Senensis Conf., ut in Missali eadem die.

¶ De S. Bernardino dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Anastasii, juxta Rubricas.

Die 24 Maji
S. Afræ Mart. Brixien.

Duplex

Missa Me expectavérunt, de Comuni non Virginum I loco.

Die 31 Maji
S. Angelæ Mericiae Virg.
Brixien.

Duplex majus

Missa cum Commemoratione S. Petronillæ Virg., ut in Missali eadem die.

FESTA JUNII

Die 4 Junii
S. Clatheï Ep. Brixien.
et Mart.

Duplex

Missa Sacerdótes Dei, de Comuni unius Martyris II loco.

¶ Tempore Paschali Missa Protextisti cum Orationibus II loco.

Et fit Commemoratio S. Francisci Caracciolo Conf., ut in Missali eadem die.

¶ De S. Francisco dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Clatheï, juxta Rubricas.

Die 20 Junii
B. Joannis Baptistæ Zola
Mart. Brixien.

Duplex

Missa In virtúte, de Comuni unius Martyris III loco, cum Oratione et Evangelio ut infra:

Oratio

Deus, qui beátum Joánnem Baptistam indeféssum fidei præcónem lento igne probátum glorióso martyrio illustráre voluisti: concéde nobis fámulis tuis; ut, flamma divíni amoris accénsi, ad te pervenire felíciter valeámus. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Silverii Papæ et Mart., ut in Missali eadem die.

Evangelium Si quis venit ex Missa Státuit, de Comuni unius Martyris I loco.

Die 21 Junii
S. Aloisii Gonzagæ Conf.
Brixien.

Duplex majus

Missa ut in Missali, eadem die.

Die 26 Junii
S. Vigiliis Ep. Trid. et Mart.

Duplex

Missa Sacerdotes Dei, de Communi unius Martyris II loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

Deus, qui hunc diem nobis beati Vigiliis Martyris tui atque Pontificis sanguine consecrasti: da, quaesumus; ut, ejus meritis ab omnibus semper adversis defensi, æternæ vitæ præmia consequamur. Per Dominum.

Et fit Commemoratio Ss. Joannis et Pauli Mm., ut in Missali eadem die, ac Octavæ S. Joannis Baptistæ.

¶ De Ss. Joanne et Paulo dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Vigiliis et 3^a Octavæ, juxta Rubricas.

FESTA JULII

Die 4 Julii
In Dedicatione
Cathedralis Ecclesie novae
Brixien.

Duplex I classis cum Octava Communi.

Missa Terribilis, ut in Anniversario Dedicationis Ecclesie, sine Commemoratione Octavæ, Ss. Apostolorum.

¶ Die 5 et 6 Julii. In Missa fit Commemoratio Octavæ Dedicationis Eccl.

Die 7 Julii
S. Apollonii Ep. Brixien.
et Conf.

Duplex

Missa Stâtuît, de Communi Confessoris Pontificis I loco. Et fit Commemoratio Ss. Cyrilli et Methodii Epp. et Cc., ut in Missali eadem die; deinde Octavæ Dedicationis Ecclesie, ac dicitur Credoratione Octavæ

¶ De Ss. Cyrillo et Methodio dici possunt Missæ privatæ, cum 2^a Oratione S. Apollonii, 3^a Octavæ, juxta Rubricas, et dicitur Credo ratione Octavæ.

¶ Die 8 Julii. In Missa S. Elisabeth Reginæ, Vid. 2^a Oratio Octavæ, 3^a de sancta Maria Concède, et dicitur Credo.

Die 9 Julii
De VI die infra Octavam
Dedicationis Ecclesie

Semiduplex

Missa ut in Festo cum 2^a Oratione de sancta Maria Concède, 3^a Ecclesie vel pro Papa.

¶ Die 10 Julii. In Missa Ss. Septem Fratrum Mm. 2^a Oratio Octavæ Dedicationis, 3^a de sancta Maria Concède, et dicitur Credo.

Die 11 Julii
In Octava Dedicationis
Ecclesie Cathedralis
Brixien.

Duplex majus

Missa ut in Festo. Et fit Commemoratio S. Pii Papæ et Mart., cum

Orationibus ex Missa Státuit, de Communi unius Martyris I loco.

Die 14 Julii

S. Optatiani Ep. Brixien. et Conf.

Duplex

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis I loco.

Et fit Commemoratio S. Bonaventuræ Ep., Conf. et Eccl. Doct., ut in Missali eadem die, ac dicitur Credo.
 ¶ De S. Bonaventura dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Optatiani, juxta Rubricas.

Die 18 Julii

S. Philastri Ep. Brixien. et Conf.

Duplex majus

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis I loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

Ecclésiã tuã, Dómine, sancti Philástri Confessoris tui atque Pontificis continúa protectióne custódi: ut sicut illum pastorális sollicitúdo gloriósum réddidit, ita nos ejus intercésio in tuo semper faciat amóre fervéntes. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Camilli de Lellis Conf., deinde Ss. Symphoræ et Septem Filiorum ejus Mm., ut in Missali eadem die.

¶ De S. Camillo dici possunt Missæ privatæ cum 2^a Oratione S. Philastri et 3^a Ss. Martyrum, juxta Rubricas.

Die 27 Julii

B. Mariæ Magdalænæ Martinengo Virg.

Duplex

Missa Dilexisti, de Communi Virginum III loco, præter Orationes sequentes:

Oratio

Deus, qui in beáta Maria Magdaléna Virgine tua innocéntiæ et mortificatiónis exéplum misericórditer tribuísti: concéde; ut, abjéctis sæculáribus desidériis, per veritátis ac justitiæ sémitas ad te feliciter veniámus. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Pantaleonis Mart. cum Orationibus ex Missa Lætabitur, de Communi unius Martyris IV loco.

Secreta

Ille nos igne, quaesumus, Domine, Spiritus Sanctus inflámmet, quo beata Maria Magdalena indesinenter flagrávit: ut ad tua pretiósã mysteria digne ac fructuóse accedámus. Qui Tecum... in unitate eiusdem...

Et fit Commemoratio S. Pantaleonis M.

Postcommunio

Refécti, Dómine, alimónia cælesti, te súplices exorámus, ut intercedente beata Maria Magdalena, per ejus vestigia gradiéntes, gáudia consequámur aetérna. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Pantaleonis M.

Die 30 Julii
B. Bartholomæae Capitano
Virginis Brixien.

Duplex

Missa Dilexisti de Communi Vir-
 ginum III loco, cum Orationibus ut
 infra:

Oratio

Deus, qui beatam Bartolomæam
 Virginem, tua caritate suc-
 censam in munienda próxi-
 mis salutis via mirabilem effecisti,
 et per eam in Ecclesia tua novam
 sacrarum Virginum familiam con-
 gregasti: præsta, quæsumus; ut eiús-
 dem mónita et exémpa sectántes,
 ad gáudia sempitérna pervenire me-
 réamur. Per Dóminum.

Et fit **Commemoratio Ss. Abdon**
et Sennen Mm. ut in Missali.

Secreta

Sacrificiis præsentibus, quæsumus,
 Dómine, placátus inténde: et
 intercedente beáta Bartholomæa spi-
 ritum nobis fortitudinis benignus
 infunde. Per Dóminum.

Et fit **Commemoratio Ss. Marty-**
rum.

Postcommunio

Augeat in nobis, Dómine, caritá-
 tem tuam hæc sancta libátio:
 qua beata Bartholomæa veheménter
 accénsa, magna pro te gessit, in
 terra, et nunc feliciter gáudet in
 cælis. Per Dóminum.

Et fit **Commemoratio Ss. Marty-**
rum.

FESTA AUGUSTI

Die 12 Augusti
S. Herculani Ep. Brixien.
et Conf.

Duplex

Missa Státuit, de Communi Con-
 fessoris Pontificis I loco. Et fit
Commemoratio S. Claræ Virg. cum
 Orationibus, ut in **Missa Dilexisti**, de
 Communi Virginum III loco.

† De S. Clara dici possunt **Missæ**
 privatæ cum 2^a Oratione S. Hercu-
 lani, juxta Rubricas.

Die 15 Augusti
In Assumptione B. Mariæ Virg.
Titularis
Ecclesiae Cathedralis Brixien.

Duplex I classis cum Octava com-
muni.

Omnia ut in Missali eadem die.

FESTA SEPTEMBRIS

Die 3 Septembris
B. Gualae Ep. Brixien.
et Conf.

Duplex

Missa Státuit, de Communi Con-
 fessoris Pontificis I loco, præter
 Orationem sequentem:

Oratio

Deus, qui ad plebem tuam in pace
 et pietate firmándam, beátum
 Gualam Confessórem ac Pontíficem
 singulári grátia decorásti: ejus nobis
 intercessióne concéde; ut, pacis
 stúdia operóse sectántes, úberes
 pietátis fructus percipiámus. Per
 Dóminum.

Die 25 Septembris
**S. Anathalonis Ep. Brixien.
et Conf.**

Duplex majus

**Missa Státuit, de Comuni Con-
fessoris Pontificis I loco.**

Die 26 Septembris
**S. Vigilii Ep. Brixien.
et Conf.**

Duplex

**Missa Sacerdótes tui, de Comuni
Confessoris Pontificis II loco. Et
fit Commemoratio Ss. Cypriani et
Justinæ Virg., Mm., ut in Missali
eadem die.**

Die 28 Septembris
S. Silvini Ep. Brixien. et Conf.
Duplex

**Missa Sacerdótes tui, de Commu-
ni Confessoris Pontificis II loco.
Et fit Commemoratio S. Wenceslai
Ducis, Mart., ut in Missali eadem die.**

¶ De S. Wenceslao dici possunt
Missæ privatæ, cum 2^a Oratione S.
Silvini, juxta Rubricas.

FESTA OCTOBRIIS

Die 16 Octobris

In Ecclesiis consecratis exc. Cathe-
drali.

**In Dedicacione
proprie Ecclesie**

**Duplex I classis cum Octava Com-
muni.**

**Missa Terribilis, ut in Anniversa-
rio Dedicacionis Ecclesie.**

Et in Missis privatis tantum fit
Commemoratio S. Hedwigis Vid. ut
in Missali.

¶ Ab hac die usque ad 23 sequen-
tem inclusive, in Ecclesiis non con-
secratis et in Cathedrali, Missa dicitur
ut in Missali. In Ecclesiis vero
consecratis, excepta Cathedrali, Mis-
sa dicitur ut hic adnotatur :

¶ Die 17 Octobris. In Missa S.
Margaritæ Alacoque fit Commemo-
ratio Octavæ, et dicitur Credo ra-
tione Octavæ.

¶ Die 18 Octobris. In Missa S. Lucæ
omittitur Commemoratio Octavæ.

¶ Diebus 19 et 20 Octobris. Addi-
tur in Missa Commemoratio Octavæ,
et dicitur Credo, ratione Octavæ.

¶ Die 21 Octobris. In Missa de
VI die infra Octavam fit Commemo-
ratio S. Hilarionis Abb., deinde Ss.
Ursulæ et Sociarum Vv. et Mm., ut
in Missali eadem die.

¶ Die 22 Octobris. In Missa de
VII die infra Octavam 2^a Oratio de
Sancta Maria Concède, 3^a Ecclesie
vel pro Papa.

Die 23 Octobris

In Ecclesiis consecratis exc. Cathe-
drali

**In Octava
Dedicacionis proprie Ecclesie**

**Duplex majus
Missa Terribilis ut in Festo.**

Die 25 Octobris
**S. Gaudentii Ep. Brixien.
 et Conf.**

Duplex majus

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis I loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

Ecclésiám tuam, quaésumus, Dómine, grátia cæléstis amplíficet: quam beáti Gaudéntii Confessoris tui atque Pontificis illustráre voluísti gloriósis méritis et doctrínis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Ss. Chrysanthi et Dariae Mm. ut in Missali, eadem die.

FESTA NOVEMBRIS

Die 4 Novembris
S. Caroli Ep. et Conf.

Duplex majus

Missa cum Commemoratione Octavæ Omnium Sanctorum et Ss. Vitalis et Agricolaë Mm., ut in Missali eadem die; ac dicitur Credo, ratione Octavæ.

Die 5 Novembris
**S. Dominatoris Ep. Brixien.
 et Conf.**

Duplex

Missa Státuit, de Communi, Confessoris Pontificis I loco. Et fit Commemoratio Octavæ Omnium Sanctorum, et dicitur Credo, ratione Octavæ.

INDEX ALPHABETICUS

	Pag.		Pag.
Afræ Mart. Brixien.	17	Joannis Baptistæ Zola Mart. Brixien.	17
Aloisii Gonzagæ Conf. Brixien.	17	Latini Ep. Brixien. et Conf.	12
Anastasio Ep. Brixien. et Conf.	17	Marie Virg. Assumptio	20
Anathalonis Ep. Brixien. et Conf.	21	— Translatio almæ Domus	6
Angelæ Mericiæ Virg. Brixien.	17	Marie Magdalene Virg. Brixien.	19
Apollonii Ep. Brixien. et Conf.	18	Martyrum Brixiensium	13
Bartholomææ Capitano Virg. Brixien.	20	Obitii Conf. Brixien.	5
Caroli Ep. et Conf.	22	Optatiani Ep. Brixien. et Conf.	19
Christine Semenzi Virg. Brixien.	8	Paterii Ep. Brixien. et Conf.	11
Clathe Ep. Brixien. et Mart.	17	Paulæ Gambaræ Costa Vid. Brixien.	7
Constantii Conf. Brixien.	8	Pauli I Ep. Brixien. et Conf.	12
Cypriani Ep. Brixien. et Conf.	14	Pauli III Ep. Brixien. et Conf.	7
Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis novæ Brixien. 18		Paulini (Pauli II) Ep. Brixien. et Conf.	14
— Octava	18	Philastri Ep. Brixien. et Conf.	19
Dedicatio propriæ Ecclesiæ	21	Rusticiani Ep. Brixien. et Conf.	7
— Octava	21	Sacræ Spineæ Coronæ D. N. J. C.	12
Dominatoris Ep. Brixien. et Conf.	22	Sebastiani Maggi Conf. Brixien.	12
Dominici Ep. Brixien. et Conf.	6	Silvini Ep. Brixien. et Conf.	21
Deusdedit Ep. Brixien. et Conf.	6	Stephanæ de Quinzanis Virg. Brixien.	7
Faustini Ep. Brixien. et Conf.	11	Siri Ep. Papien. et Conf.	5
Faustini et Jovitæ Mm. Patronorum Civitatis et Dioceseos Brixien.	9	— Octava	6
— Octava	11	Theophili Ep. Brixien. et Conf.	14
— Translatio	15	Titiani Ep. Brixien. et Conf.	12
Felicis Ep. Brixien. et Conf.	11	Ursicini Ep. Brixien. et Conf.	5
Gaudentii Ep. Brixien. et Conf.	22	Viatoris Ep. Brixien. et Conf.	6
Gaudiosi Ep. Brixien. et Conf.	12	Vigilii Ep. Brixien. et Conf.	21
Gualæ Ep. Brixien. et Conf.	20	Vigilii Ep. Trident. et Mart.	18
Herculani Ep. Brixien.	20	Vincentiæ Gerosa Virg. Brixien.	14
Honorii Ep. Brixien. et Conf.	14		